



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De Carolo Duce Lotharingiae sub Ottone secundo. Cap. XXXIIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

lis, Apuliam omnem & Calabriam recuperarunt, quas Nicephorus nuper amiserat. Has Otto repetitur ut suas prouincias, coëgit copias vniuersas Germanicas & Italicas. Sed infelicissimè ac atrocissimè pugnauit, mirabiliter tamen ex manibus hostium euasit.

Itaque Otto cùm exercitum & Imperium pñè amisisset, diuinitus suis redditus, disiectas dilapsasque reliquias, quantum potuit, collegit, bellum instauraturus: in quo eum nonnulli scribunt Sarracenos auxiliares ad internecionem deleuisse, indeque adeptum esse cognomentum, ut vocaretur Pallida mors Sarracenorum.

De CAROLO Duce Lotharingia sub Ottone secundo.

C A P. XXXIX.

O T T O N E Imperatore, Lotharius Frani
corum Rex Lotharingiam armis repe-
tijt. Sed Otto II, instructissimo exercitu po-
pulabundus ad ipsam usque Parrhisiorum vr-
bem penetrauit, & Lotharingiam receptam,
Germanię copulatam, sed tractuum quorun-
dam auulione diminutam, quos Episcopis
Coloniensi & Leodiensi attribuit, Carolo
fratri Lotharij Regis donauit, ea tamen lege
ut beneficio Imperatoris tanquam prouin-
ciam Germaniae possideret. Ducatus Lo-
tharingiae ait Sigebertus, datur anno 1000.
LXXXVII. Carolo fratri Lotharij Regis Fran-

E corum,

VI. Brabā-
tie Dux be-
neficiarius.

corum , multis insuper conducto beneficijs,
vt & ipse ab insolentiis desistat , & fratri sū
Lotharij motibus obsistat.

Huius Principis præclarum elogium clerus
Bruxellensis iam olim in vita sanctæ Gudilæ
conscriptis. Eo enim attestante, Carolus in
regno Lotharij Ducatum adeptus , statum
Imperij dolens perturbari multipliciter , ad
melioranda multa negotia animum adiecit
solerter. Vnde inter cætera cùm res ablatas
Ecclesiæ Mortzelensi , in uasorum partibus
niteretur subtrahere , & S. Gudilæ famulan-
tibus restituere ; ex Hermenfredi & compli-
cum rapacibus manibus corpus S. Gudilæ
obtinuit, & Bruxellam tulit. Postea villæ, quæ
Molebeca dicitur, partem sanctæ Gudilæ tra-
didit, cum sex familijs, & compluribus ve-
stimentis altaris.

Hic est ille Carolus, cui regnum Fran-
cum ex paterna & auita successione debitum,
vt Sigebertus verè loquitur , Hugo Capet,
Hugonis Parrisiensis Ducis filius, usurpando
rapuit. Vnde quidam versiculos conscripsit,

*Hic in Bruxellam Gudilam Dux transluit
almam,*

Francorum regna sibi debita perdidit iste.

Obiit Aureliæ in captiuitate Hugonis
anno IX^{c.}. xci. Lauduni cum vxore intercep-
tus. Ex vxore autem sua, quæ Trecarum Co-
mitis erat filia , genuit Ottōnem Ducem,
Gerbirgam nuptam Lamberto Comiti Lo-
uanensi,

uanensi, & Ermengardem nuptam Alberto Comiti Namurensi.

*Derebus præclarè in Italia pro Rep. Christiana
ab Ottone III. gestis.*

C A P. XXXIX.

ANNO IX^{c.}. XCIII. Crescens Nomen- Hic Impera-
tanus, Romæ ingéti fauore populi con- rator unicū
sulatum adeptus, Imperij titulum sibi ad- creauit Bra-
scribere gestiebat. Quia de caufa Ioannem bantie Du-
Pontificem, siue Reip. siue Ottonis charita- cem.
te cooperari nolentem, ex vrbe depulit, ac Ex lib. 7. Si-
Romam & propinqua aliquot Romæ oppida gonij.
sub ditionem suam adduxit. Sub idem etiam
tempus Landulphus Archiepiscopus Medio-
lano ejicitur. Ita Otto, simul Pontificis &
Archiepiscopi voluntate ac petitione com-
motus, expeditionem in Italiam suscepit.
Quo aduentante aduersarij sibi consulue-
runt; & tempestiuè vna quidem eorum pars
cum Pontifice, altera verò cum Archiepi-
scopo composuerunt.

Nondum in Germaniam Otto redierat,
cum Crescens in Gregorium V. insurgens,
Ioannem Pseudopontificem intruderet. Gre-
gorius in Germaniam iniuriam deploratum
opemque affectis suis rebus petitum con-
cessit. Otto igitur anno subsequenti cum fir-
missimo omni copiarum robore in Italiam
rediit. Vrbem obsedit. Romani inopia op-
pressi, Crescente in arcem confugiente, irani

E 2 in Ioan-